Quelle: http://manuscripta.at/?ID=510
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



non possum nisi per caritatem nec
subici nisi per humilitatem nec
verus humilis esse nisi per veri-
tatem Expedit ergo ut in verita-
te me discutiam et cognoscam
quam fragilis et labilis sum Deinde
cum omnes miserias meas cognovero
necesse est ut illi in heream per
quem sum sine quo nichil sum
et nichil facere possum Et quia
a deo peccando recessi nisi per
veram confessionem ad illum
redire non possum ifateri au-
tem oportet quod nunquam eo
modo aut ea intencione qua
peccavi confessus sum nec omni
recordatus sum aut propter
multitudinem Si autem confessus
sum non pure confessus sum
propter turpitudinem confes-
sionem meam divisi ut diversis
sacerdotibus diversa manifes-
tarem et ita venia carni ad
quem propter venire putavi
Execranda namque ficcio et
peccatum dividere et superficietenus
videre non intrinsecus eradi-
care non enim utilis est con-
fessio nisi morum veritate et
cordis puritate Et ut tres sunt
qui testimonium dant in celo
pater et filius et spiritus sanctus
De confessione sacerdoti facienda
addamus tres sacerdotes cordi
et ori ut in ore duorum testium
stet omne verbum Sed dicit sufficit
michi soli deo confiteri quia
sacerdos a peccatis absolvere non
potest Ad quod non ego sed beatus
Jacobus respondet dominus
Confitemini alterutrum peccata vestra
veniens namque valde est ut

qui peccando deo contumaces fuimus
penitendo supplices sacerdotibus
et ministris eius simus Et homo qui
ad graciam conservandam mediatore
non egit iam eam recuperare non
nisi per mediatorem hominem pos-
sit Seviat ergo et suspiret et
anxius pro peccato timeat et expa-
vescat sollicitus disturbat et aux-
iliatores et intercessores querat
prosternat homini humiliter homini
qui humiliter astare noluit creatori
Nam et saluberrimum est ut homo
corde peniteat et ore delictum
confiteatur quatenus deus qui pius ad-
est per graciam cor per penitenciam con-
pungat Deinde assit ut confitenti
veniam peccatorum tribuat Quod
si forte peccator vere penitet sed
incurrente articulo necessitatis ad con-
fessionem non possit accedere cre-
dere debemus quod summus sacerdos
compleat in eo quod mortalis
non potuit Et iam apud deum
factum constat quod homo voluit
sed non valuit adimplere quia
confessionem non contemptus
excusit exclusit sed necessitas impe-
divit In capitulo ubi peccata mea
emendare debui peccatum peccato ad-
didi cum de illis proclamatus aut
aliquando excusavi aut quod de
tuus est defendi aut impacienter
respondi Cum nullum sit peccatum a
quo non sim contaminatus aut con-
taminari non possim Justum
est ut remota omni occasione
emendacionem promittam undecumque
et a quocumque proclamer quatenus
sic liberari valeam a peccato perpe-
trato vel perpetrando